



Y 2
416



V. 2^f. J.

(lat. 4, 57. 58.)



471
58 1/2

44.

PROGRAMMA
 QVO
 SERENISSIMI PRINCIPIS
INTERDICTA
ADVERSUS VENATIO-
NES CIVIVM, ET INSTRVMENTORVM
BELLICORVM, IGNITIQVE PVLVE-
RIS VSVRPATIONEM

1714

NOVISSIME PROMVLGATA

IN NOTTIAM IUVENVM STUDIOSORVM
 EDVNTVR.

IE NAE, LITTERIS MVLLERIANIS.

12

12.
4,57



PROGRAMMA
SERVATI PRINCIPIS
INFERDITA
ADVERSVS VENA IIO
NES CIVIVM ET INSTRVMENTORVM
BELLICORVM, IGNTIOVE PALVE
RIS VSVRATIONEM
MORISSE PROMISSATA
IN NOTIAM IVIVM STUDIOSONVM
EDVSTAV
LENAE, CETERIS MALLIBANIS



PRORECTOR ET SENATUS
ACADEMIAE IENENSIS

S. D.

CIVIBVS.



Vod magnanimi, amantisque suorum PRINCIPIS officium esse solet, vt dignitatem pariter suam, atque salutem ciuium, tueatur ac seruet; id sibi quoque in negotiis datum, PATER PATRIAE, quo meliorem neque in hoc mortalium statu habere, neque expetere a Deo immortali possemus, recte admodum ac prudenter existimat. Inter ceteras vero DVCTIS serenissimi curas, ad gloriosissimum hoc propositum comparatas, duo eius edicta, typis excusa, ac, ne cuiquam obscura sint atque ignota, portarum valuis affixa, suo merito numerantur: quorum vno, iurium, in vendendi actibus positorum, ac magistratui summo peculiarium, violatio; altero sclopetorum ac instrumentorum bellicorum temeraria atque improba vsurpatio, vindemiarum inprimis, festorumque dierum tempore, siue in oppido ac suburbiis, siue in vineis, agrisque ac viis publicis, siue alibi locorum suscepta, grauiter, ac denunciatis propterea poenis, interdicitur. Vos, CARISSIMI, voluntati PRINCIPIS, in academiam nostram salutariter consulentis, tanto promptius ac libentius obsequemini; quanto longius ab honore ac dignitate ordinis Vestri omne libidinis ac militaris licentiae genus abhorret. Nolite,

O NO-

O NOSTRI, qui humani generis bono, & nati estis, & educati,
 in eam Vos suspicionem vocari, ac si pulueris igniti incensio-
 ne, vel urbem hanc nostram in discrimen conicere, vel terro-
 rem reliquis, ac potissimum aegrotis, incutere, vel, si globo-
 rum, igniumque iactatio infeliciter forte experierit, siue aliis,
 siue vobis etiam ipsis, caedem inferre, delectationis instar pu-
 tetis. Obuerfatur adhuc oculis Vestris luctuosissimus ille atque
 infaultus commilitonis haud improbi casus, fatali illa vespera,
 quae sollempnem & sacram diui Ioannis memoriam nouissime
 praecedebat, rupto forte tormento, miserabiliter concidentis,
 perpaucaque postmodum elapsis diebus, iuuenilem animam,
 inter suorum acerbissimos fletus ac gemitus, praemature ni-
 mium exhalantis. Vel vnum hoc recreationis miserae ac fune-
 stae exemplum permouere Vos omnes, ac deterrere debebat,
 ne de puluere vnquam pyrio, vel de tormentis huiusmodi,
 aut bombardis, ludum iocumque postea faceretis. Quibus
 atque similibus causis inductus, sapientissimus PRINCEPS, non
 leporum modo ac ferarum occisionem, sed quamcunque sclo-
 porum, machinarumque bellicarum, festis praecipue, ac vinde-
 miarum temporibus, vsurpationem, gestationemque, atque
 pulueris accensi abusum, ita vetauit, vt interdicti istius publi-
 ci contemtoribus animaduersiones seuerissimas, atque a nullo
 delinquentium euitandas, comminatus sit. Vestri proinde
 officii refert, dilectissimi CIVES, vt existimationis pariter Ve-
 strae, ac vitae compositae laudibus retinendis, solícite incum-
 batis, & libertatem academicam modeste feratis, atque PRIN-
 CIPIS summi ac iustissimi, non tam poenis, quam beneficiis,
 Vos dignos geratis. P. P. sub Acad. Sig. die XXI

Octobris, A. C. 1699. XIV.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



Y. 416. 2^u

ULB Halle 3
003 899 721



56.

1078

V B 17

21. 2






17.1
1714

44.

PROGRAMMA
 QVO
 SERENISSIMI PRINCIPIS
 INTERDICTA
 SVS VENATIO-
 ET INSTRUMENTORVM
 VM, IGNITIQUE PVLVE-
 VSVRPATIONEM
 ISSIME PROMVLGATA
 M IUVENVM STUDIO SVRVM
 EDVNTVR.

1714

E, LITTERIS MVLLERIANIS.



12.
4.57